totius Causae vigore Solutionis Vadij seu Vadiorum quo vel quibus so
lutis aliisque inscriptionibus praesentibus quibus oportunum fuerit Satisfacere tenebun
tur et eorum posteri erunt astricti Nulla transgressione in praemissis omni
bus obstante Quod memoriali firmatum est.

Drohoiowski quietat Fredro

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren Praemislien Ge
nerosus Kilianus Drohoiowski A Drohoiow Succamerarius terrae
Praemislien A pallatibus terris dictibus iuribus iurisdictionibus quibus subest
quibusvis propriis recedendo ac foro Competenti renuncians Huic vero
Jurisdictioni Castrensi Praemislien se cum successoribus ac bonis suis omnibus
quo ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo publice palam libere ac
per expressum recognovit Quia ipse A Citatione qua ipsemet Sine
Cmetho et subditis illius de villa Rakowa eidem ipsius asisten
tia Generosum Andream Fredro de Pleszowicze in Chodniowicze
Heredem pro bobus aut suma pecuniaria quam pro eisdem bobus
Solvere tenebatur ad Judicium terrae Praemislien Citavit demum
Concitavit seu adcitavit Necnon toto processu seu progressu judicio
ipsi per eundem recognoscendo sine subditis illius ratione praemissorum
intentat et mota in quocunque puncto et gradu iuris dependenti ob
Satisfactionem ipsi ab eodem praestitam recedit Ac praedictum Andream
Fredro de praemissis omnibus quietat et liberum ac immunem eidem ipsius
Successoribus facit et pronunciat perpetue ac in aeternum Ipsamque Citationem

tum eiusdem Concitationem seu adcitationem Necnon totum processum seu pro
gressum Judiciarium ratione praemissorum Coram Judicio terrae Praemislien
intentat et motum in quocunque puncto et gradu iuris dependentem Cassat
annihilat mortificat obliterat omnibus temporibus sibi et suis posteris
ac subdito suo agendi et eundem processum seu progressum judiciarium
Continuandi et prosequendi perpetuum imponendo silentium praesenti sua
recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

Fredro et Drohoiowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Praemislien Gene
rosus Andreas Fredro de Pleszowicze in Chodniowicze Heres
A pallatibus terris dictibus iuribus iurisdictionibus quibus subest quibus
vis propriis recedendo ac foro Competenti renunciando Huic vero
iurisdictioni Castren Praemislien se cum successoribus ac bonis suis omnibus
quo ad actum et effectum praesentibus inscriptionibus attinet incorporando et subi
ciendo sanus mente et Corpore existens publice palam libere ac per ex
pressum recognovit Quia Generoso Kiliano Drohoiowski A
Drohoiow Succamerario terrae Praemislien et eius successoribus Su
mam Octuaginta quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonica
Singulum florenum triginta grossis polonicis Computando et numerando
veri certi liquidi mutui atque generalis debiti tenetur et est debitus.
Quam quidem sumam praescriptam Octuaginta quinque florenorum pecuniae
Se ac suos successores bonaque sua in bonis suis haereditariis obligat et inscribit
Eidem Kiliano Drohoiowski vel eius posteris sine pro die et

festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime et immediate ven-
turo in Castro Premisliensi Coram officio et actis praesentibus Castren(sibus)
Premisliensibus totaliter et in effectu dare solvere, reponere relinquere, repo-
sitamque et relictam rursus ab eodem officio non excipere debere neque quo-
vismodo per se vel submissas quasvis personas arrestare, Immo ita
assecurarent summam eiusmodi ex integro Coram officio praedicto repositam ad
manus eiusdem Generosi Kiliani Drohoiowskij vel eius successorum qua-
cunque die voluerit perveniat, eamque tute et quiete sine gravi procra-
stinatione officij praedicti vel quarumlibet personarum sexus status et condi-
tionis Cuiusvis existentium recipere possit Sub vadio similis summae
Octuaginta quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Quod
vadium in defectu solutionis summae eiusdem praedictis pro tempore su-
pranominato solutioni assignato, mox eadem die solutioni destina-
ta nullo decreto Cuiusvis Judicij sive officii accedente solummodo
virtute eiusdem inscriptionis in summam essencialem et Capitale debitum videlicet
Centum Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Converte-
tur ac Converti debebit Hoc idemque vadium simul cum summa essen-
ciali innexa videlicet Centum Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri
polonicalis ut et super bonis eiusdem Andreae Fredro hereditarijs
extendetur extendique debebit Preterea memoratus Andreas Fre-
dro se ac suos successores ut et super bonis suis hereditarijs praedicto Ge-
neroso Kiliano Drohoiowskij et eius posteris obligat et inscribit
Praesentem inscriptionem ex his actis Castren(sibus) ad acta terrestria Premi-
sliensia intra decursum unius anni transferre et transportare Sub

vadio Octuaginta quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis
In casu non transportationis eiusdem ad solvendum irremissibiliter eidem Ki-
liano Drohoiowskij et eius posteris per ipsum Andream Fredro et eius
successores succumbentes et transgredientes Pro qua quidem summa essenciali
simul cum vadio innexa Tum etiam vadio ratione non transportationis eius-
dem inscriptionis succumbit et succumbentes quas se idem recognoscens cum successoribus
suis praedicto Kiliano Drohoiowskij vel eius posteris citare permisit
tanquam appellatis terris districtibus iuribusque suis generalibus propriis re-
cedendo a foro competenti renunciando Coram officio praedicto Castren(si)
Premisliensi cui se cum actis praedictis respectu cum successoribus ac bonis
suis omnibus ultro quo ad respondendum inscriptionique praedictae satisfaciendum
subiicit et incorporat Semper in primo Citationis termino tanquam pe-
remptorio stare, comparere ac loco responsionis pro se omnibus pro
quibus Citatus eiusque successores Citati fuerint ab officio non recedendo re-
ipsa tunc quibus necessarium fuerit satisfacere, decretumque et omne iudicatum
pati tenebitur et eius posteri tenebuntur Terminum ipsum primum perem-
ptorium et alios subsequentes Causae et Causarum terminos Nullis
in universum dilationibus ad quittationem munimentum evictor(?) vera vel
simplici infirmitatibus actione pro maiori ac alijs omnibus ex quacunque
Causa tam de iure quam Consuetudine dari et admitti solitis differendo
ac prolongando Literis et edictis quibusvis regalibus in quemcunque sen-
sum obtentis bello expeditione bellica incursu hostium aura pestifera
evocatione de terra et districtu minorennitate successorum absentia a re-
gno negotio et servitio quovis suae Maiestatis Regiae ac militari legali

busque quibusvis impedimentis se non tutans solutionem vadii seu va
diorum satisfactionemque inscriptionis praesentis nullis remediis iuris neque
repositione poenarum trium seu tertium marcarum evadens. A decretis
quibusvis tam in acto possessorio quam principali negotio latis nullasque motiones
cum appellationibus faciendo et interponendo nec ad easdem prosequendo
tam iudicium quam et partem adcitando. Ipse se ac successores suos omnibus
generaliter iuris remediis, dilationibus, exceptionibus, suspensionibus, etiam
renuncians suo et suorum successorum sub amissione totius causae, videlicet solu
tionem vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis, vel contra inscriptionis praesentis
et omnibus in ea contentis satisfacere, quoties opportunum fuerit, tenebitur
et eius posteri tenebuntur, nulla tamen praescriptione in praemissis obstante.

Brzoski tenetur Pellioni

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus
Nobilis Joannes Brzoskij, ex terris dictis ac iuribus iurisdictioni
omnibusque suis quibusvis propriis recedendo a foro competenti renun
ciando, huiusmodo iurisdictioni castrensi Praemisliensi se cum successoribus
ac bonis suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet
incorporando et subiciendo, sanus mente et corpore existens, publice palam libere
ac per expressum recognovit quia famato Martino Pellioni civi
Praemisliensi subdito Sacrae Maiestatis Regiae, tenutae (?) Joannis Thomae
Drohoiowskij a Drohoiow Capitanei Praemisliensis et eius successoribus
summam quinquaginta quinque florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis
veri certi liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus.
Quam quidem summam se ac suos successores in et super bonis suis omnibus

hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus ac summis pecuniariis
ipsis per quascunque personas quomodocunque actis quibuslibet inscriptis et in
scribendis obligat et inscribit eidem Martino Pellioni vel eius posteris
sine prorogatione die et festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime
et immediate venturo in castro Praemisliensi coram officio et actis praesentibus
castrensibus Praemisliensibus totaliter et in effectu dare, solvere, reponere, re
linquere, non ex fide iubere neque quomodocunque per se vel submissas quasvis
personas arestare sub vadio similis summae quinquaginta quinque flore
norum pecuniae monetae et numeri Polonicalis. Quod vadium in defectu solutionis
summae eiusdem principalis pro tempore supranominato solutioni assignato, mox
eadem die solutioni destinata nullo decreto cuiusvis iudicii sive officii
accedendo, solummodo virtute eiusdem inscriptionis in summam essentem et capitale
debitum, videlicet centum decem florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis
convertetur ac converti debebit. Hocidemque vadium simul cum summa
essentiali, iunctim nempe centum decem florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis,
in et super bonis omnibus eiusdem recognoscentis hereditariis et obliga
toriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis ipsi per quascunque
personas quomodocunque actis quibuslibet inscriptis et inscribendis extendetur
extendique debebit. Praeterea idem recognoscens se ac suos successores
in et super bonis suis omnibus suprascriptis omnibus ac summis pecuniariis
memorato Martino Pellioni et eius posteris obligat et inscribit praesentem
inscriptionem ex his actis castrensibus ad acta terrestria Praemisliensia proximis
vel secundis terminis terrestribus Praemisliensibus seu prima vel secunda adito
rum eorundem positione iudiciaria, quod facere, videlicet ab hinc [illegible] eius